

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Elias Mascov

**Fridericus Quintus Dei Gratia Rex Daniae, Norvagiae Seqv. anagrammatiks: Quis  
Adest? Fridericus Rex D, N, V, G. Qui? A Voragine Ineat Aëria!**

Hamburgi: Typis Erdmanni Christophori Benekii, [1753]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885373359>

Druck    Freier  Zugang





Rr. 532.(3.)

230



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn885373359/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885373359/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn885373359/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885373359/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn885373359/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885373359/phys_0004)

DFG

# FRIDERICUS QUINTUS

DEI GRATIA REX DANIAE, NORVAGIAE SEQV.

*αναγραμματικός :*  
QUIS ADEST?

# FRIDERICUS REX D, N, V, G.

*QUI?*  
A VORAGINE INEAT AËRIA!

Wer da?

# F R I D E R I C H der Fünfte von Gottes Gnaden

König zu Dänemark, Norwegen, der Wenden und Gothen.

Wie?

Die Weisheit Seiner Majestät, der Weisen und der Klugen Wonne,  
Geht aller Gegend Tief als Höh' fort höher gleich die helle Sonne!

CUI

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO REGI  
DISCURSUM PANEGYRICUM  
SOLENNI NATALI DIE XXXI MARTII SACRABAT  
ELIAS MASCOV,

JUR. UTR. DOCTOR.

S V B I E C T I O V T R I V S Q V E V I R E S V E R I E C H V S S A T I V S  
P R O D I T Q V A M R E S P O N S I O .

HAMBVRGI, TYPIS ERDMANNI CHRISTOPHORI BENEKII.







# PRÆFATIO.

§. I.

Cum de Numine summo dignius loquuntur, qui pauca timide dicunt, Regumque Heroum Ejus in terris gerentium vices cum laudes æque verecundo stylo sunt celebrandæ, certe supervacaneum est excusare simplex scribendi genus, maxime apud eos, quos non externus apparatus, sed Tanti Principis pietas capit atque præsentia; præsertim quia est major Optimi Regis Gloria, quam ut ingenii verborumve vel arte illustrari vel inopia obfuscari possit. Quapropter pari brevitate citra ullos ambitus & ambagines scribendi initium faciam de eo, quod oculis primum se objicit.

A 2

§. 2.

§. 2. Sistit se itaque FRIDERICUS V. prius quam Ipsum videre licuit, licuit autem insimul uti Ei nos, ita Eum nobis aspicioendo salutandoque Principem Tantum, Regem optimum, ac Heroum Heroem Nulli Secundum Natali jamjam unicuique omnium Danorum, Norvagorum &c. locuplete Teste felicissimo hodierno quivis ex intimes cordis penetralibus FRIDERICI et Huic et sibi gratulatur fausta apprecans lætabundus. Oritur quippe Sole oriente hoc mane Sol FRIDERICUS Principum Princeps cuiusvis terræ Optimates ac Inferiores utroque oculo attrahens citius, quam ut eo vergant seque vertant simul modo admirabili tam Exteris, quam Intimis sibi invicem eo ipso non cedentibus, sed pari ratione accelerantibus, aliis licet præsentibus, aliis absentibus iisque perfectis et plusquam perfectis ab utraque parte FRIDERICO nullius offendente, potius aperiente? quid? quod quisque: **QUIS ADEST?** ex et acclamans ad vocem emissam dupliciti sono relatam audiat: **FRIDERICUS!** ut ita et oculi et aures de Isto: **FELICITER** lætentur gaudeant merito consilium dante coeli loco aurora præunte ibidem ac Sole solo sub sequente visu et aspectu plane singulari eoque admirabili et coelesti regias virtutes radiis suis solaribus insinuante ac diem missa nocte lucidissimum ostendente in ipso ortu.

§. 3. Quare adestote, quicquid gentium Regnum Daniæ, Norvagiæ &c. continet debito officio persolvendo Regenti Vestro Regi Daniæ sequ. Cujus admirabiles corporis animique dotes, quantum votis expetere licet promittunt nullique non Vestrum recipiunt quam certissime. Quam Spem Principis natura non fecellit neque fallet vegetæ ætatis flos, cum Ipse sit ipsum jamjam dictorum Regnorum Decus ac præsidium, quid? quod ipsa Virtus FRIDERICORUM memoriam magnitudine ac numero rerum gestarum et gerendarum sibi sumat compensandam eo citius, quo Danici Regni æternitas cum victoriarum hæreditate FRIDERICORUM Christianorum infecta confienda curret ac meditetur optime FRIDERICUS V. in casu recto non obliquo erectus ad fastigium Regiminis erectus.

## CAPUT I.



CAPUT I.  
**FRIDERICUS V.**  
PRUDENTISSIMUS

SEU

**Friderich der Kluge!**

§. I.

**Q**uod uti hodie Solem radiantem hi absque majori difficultate citius ac satius aspiciant, procul stantes longiusque absentes, illi cum haut minori dulcedine eum inspiciant melius propiores et proximi plus simplici vice majora oculis petant cum PHAETONE a PHOEBO, quæ non viribus ipsis munera conveniunt, certe id ipsum FRIDERICUS oriens natali suo ab aliis visus videbat in orbem cum PROTHEO in seereta Senis Princeps introspiciens irretortis oculis ejus scilicet varios motus, formas & variationes, quippe cum aliis sit

A 3.

tu-

tutius per plana, sed humilius & depressius iter; aliis autem frequenter currentibus, quam reptantibus lapsus, ast his non labantibus nulla laus, illis nonnulla laus etiamsi labantur. Ut ita Sol oriens non sit in culpa utriusque Casus, neque Princeps, cum Iste oriatur, Hic que unà in disco Solis solis semper Idem appareat, radiosque solares extendat super bonum ac malum pro ratione Cujusvis Intellectus ac voluntatis inter se differentis licet, siquidem Illius Status a scientiis oritur semper bonus, hujus autem respiciens morale agere vel omittere, quod bonum & malum esse potest. Pro qua varia ratione in multis varie apparente natali mane Principi jam apparebat eminus, quæ cominus Personæ promovendæ vel rejiciendæ, exaltandæ vel perdendæ, absolvendæ vel condemnandæ.

§. 2. Pro qualitate ita Princeps Sapientipotens natali animad vertit æque utile & juxta leges & legibus Dominari necessitate exigente & expediente cum CHARRONE eapropter in majoribus rebus ad justitiam accedens, in minoribus interdum ab ea abcedens in genere iusta observando in specie injusta, probe scius, quod unum idemque de præsenti, de Futuro non unum idemque, cum malorum medium alius vitæ faciat venenum, interim virtutibus juxta veritatem, non Falsitatem exornatus, quo casu sicuti Religio Deum colit, superstitione violat, clementiam mansuetudinemque semper bonus præstiturus; ita a natura misericordiam cœū vitium pusilli animi ad speciem malorum subsidentis eo satius vitat, quo magis magnam fortunam decet magnus animus, qui nisi extollat & altior stet, illam quoque infra terram deducat perpendens optimum consilium, quod Dn. de VILLEROY dabat hujus tenoris: Ein Prinz der nicht über die Chren

\* \* \*

Ehrerbietung, die man Sr. Majestät schuldig ist, eifert, der giebt  
Fug und Anlaß dadurch, daß sie beleidigt und verachtet wird. Die  
Könige Seine Vorfahren hätten sich auch wann die Sachen im Reich  
am verwirresten gewesen, allezeit als Könige erwiesen; nunmehr  
wäre es Zeit, daß er auch den Anfang mache als ein König zu reden,  
zu schreiben, zu befehlen.

§. 3. Humana negotia bona mente, quæ nec emitur, nec com-  
paratur, præmeditans natali supra humana se erigat ceu Deorum  
Quidam ex Machina primam ævi diem meliorem statuens apparitus,  
quoties Ipsi libuerit vel occasio ansam dederit arte secreta eum non  
fraudante. Idoneus ita agitando per Studia Ingenio, ingeniisque  
aliorum per vivum Ingenium introspiciendis contra HORATII: Est ali-  
quid prodire tenus, si non datur ultra, plus ultra primo die FRIDERI-  
CUS jam attendebat: quid juxta PLAUTUM Rex Reginæ in aures dixerit,  
quid JUNO fabulata sit cum JOVE? Exempla bonorum sibi proponens.  
Quod CATO, quod CURIUS Sanctissima Nomina quondam senserunt,  
non quid Vulgus plebsque inscia dicat, ubi sic Gloria vires dat, quem  
non juvat ex jugo facilis lecta corona perscrutans sua ore ARISTOTE-  
LE Principum Sophismata seu Κρύφαι & TACITO dicente Imperii arcana.

§. 4. Quæ cum sint arguta Consilia a virtute aut Legibus devia  
Regni Regisque bono, FRIDERICUS in tantum alium Facere  
scius progressum aliis non Sibi, quam plebs sibi non aliis placens.  
Habet enim aliquantulum laxiorem & liberiorem gradum de ma-  
jori, graviori & periculosiori munere, quod Principis humeris impo-  
natur; quare cum iste gradus & gressus decet aliis quidem claudus  
& inordinatus visus, Ipsi vero necessarius, rectus & decorus. Inter-  
dum

\* \* \*

dum elabatur & sinistrorum revertatur prudentiam cum Justitia miscendo ac cum vulpe, uti dicitur, vulpinando ex eo, quod inscius dissimulare nesciat regnare, quare cum TIBERIO nullam ex virtutibus suis magis quam dissimulationem & Sibi & Exteris diligat, ubi ita si recta ad portum tendere nequit, idipsum mutata velificatione assequi studens quoad usque conciliet Sibi animos hominum & ad suos usus adjungat, et si ad modum Nili natura amovit sinus vel ita, ut Gentes malint ejus ortus mirari, quam rimari & nosse. Quapropter Augustus Princeps ulli Augustus vix ac ne vix quidem cum MAECENA & AGRIPPA Imperii arcana communicat, quippe nimis arduum Principis meruisse secretum vi cuius cum alio pectoris pandat arcana, idque eo minus, quo magis super Experientiam & Sapientiam etiam specie inanum validus omnia ad Famam dirigat, qvia aestimatio & opinio rerum humanarum sunt Reginæ.

§. 5. Cum itaque Princeps Rationis Status, quæ est notitia mediorum, quibus Dominium fundetur, conservetur & amplietur, sit particeps Excessusque juris communis propter bonum commune noscat, & Imperator CLAUDIUS sui Germani GERMANICI Filiam JULIAM AGRIPPINAM contra Leges ex ratione status sibi matrimonio junxerit, siquidem ubi timendum, Claritudo Generis in aliam Domum transferatur aut omnium rerum jus & potestas ad unum perveniat populum, certe ut eo minus rationes Legum exponat tantum abest, ut potius Legem: FRANCORUM REGNI SUCCESSOR MASCULUS ESTO, inviolabilem statuat. Ad quam rationem qvidem Lex CHINESIUM, ut nemo Exterorum sub poena mortis in eorum Regionem veniat, sancta videtur, prouti & apud MAGNUM TURCAM consuetudinis omnes consanguineos necare; apud Regem ORMUM ipsos oculis privare; apud

ÆTHIO-

\* 9 \*

ÆTHIOPHES eos in acumine altissimi montis habere captivos ; Die  
Malze apud WALLISOS in Germania; le Conseil des Discoles penes  
LUCCESAS ; le lac orfane apud VENETOS ; Inquisitio Hispanorum  
ITALORUM &c Ipsi sint notissimæ, quid? quod LAVERNAE:

Da fallere , da Sanctum Justumque videri,  
noctem peccatis & fraudibus objice nubem

in aliis noverit , præsertim Exemplis ubi firmius tueatur Regnum ,  
prouti accedit Executio Comiti de St. PAUL , Rege LUDOVICO XI;  
Marechallo de BIRON , regnante HENRICO IV ; Comiti de ESSEX , ELI-  
SABETA Regina Angliae ; Marchioni d'ANCRE , Rege LUDOVICO XII ;  
Dn. de MAJON sub Regimine Regis Siciliæ ; DAVIDI RICCIO , Regina  
Scotiæ MARIA STUARTEN ; novioribus alias generis Exemplis silentii pe-  
plo involutis ; certe hæc talia interdum tam justa quam necessaria habet  
Princeps , et si quidem tria priora Commodis status sive Staats- Vor-  
theilen adscribat , quia actus judicialis antecessit condemnationem , poste-  
riora autem referantur ad stratagemata oder Staats-Streiche , in  
æqua & iniqua seu Regia & Tyrannica , in fortuita & casualia , in Prin-  
cipalia & ministerialia &c. ex se ipso seit , quod per fraudem & dolum  
uti regna evertantur , ita & per eadem serventur semper utilitati ho-  
minum consultum it & societati præprimis piger ad poenas Princeps ,  
ad præmia velox , nunquam nisi ex lege ferox .

§. 6. Quærendis autem cum inest Casus & quæsitorum artis est  
opus , sane FRIDERICUS de priori haut sollicitus , posterius CHRI-  
STIANO VI. eousque commissum admirabatur eo citius , quo minus  
sophismata & stratagemata quæ conservationem Regnum animadver-

B

tebat ,

\* 10 \*

tebat, tantum abest, ut Ille certa Jura ac Libertates, quibus alii subditi ad labefactandum Potentiam Principum utuntur, labefactum aut sublatum iverit. ut potius ea easque stabiliat, quo vel hoc mane iisdem utantur multorum saluti magis, quam libidini. Quæ attendens Princeps PATRUM virtute

FRIEDERICH S Lorber-reiche Jugend  
Richt sich nach der Väter Tugend,

approbat Mansuetudinem ac Clementiam, Regiminis licet causa adhibetur etiam severitas haut inscius ILLIUS GERMANI :

Gold kann sich ohn Gefahr durch starke Leibwacht bringen,  
Und wie ein Donnerkeil durch dicke Mauren dringen;

ubi eo casu BERNHARDUS seu Bruder Hans mclius docetur de isto :  
Sanguis Martyrum semen Christianorum, capite luens, quæ manibus  
pedibusque intendit ex Regia Regula, quod malis Extremis extrema  
remedia pro natura priorum & posteriorum sint opponenda, quo fa-  
cto oriens non statim est occidens, nec auctum actutum senescat, si-  
quidem FRIEDERICH den Frieden mit Gott zuerst gleich in der  
Jugend, also bey der Tugend gewonnen probe gnarus daß ohne dein  
die Crone der Ehren und der Reiche Reichthum wie mit Zindel oder  
unechten Golde ausgezierte Cronen grosser Häupter bey Unfrieden  
gequalte Häupter drücken ; da dagegen FRIEDERICH, weil Er  
sich mit Gott wol stehet besser zugleich mit sich und dem Reich Frieden  
hat so, daß kein Krieg so leicht Selbigem ankommen kann, mit-  
hin bey der Souverainität befriediget weder Gewalt zu üben, noch zu  
leyden.

CAPUT

\* \* \*

CAPUT II.

FRIDERICUS V.  
SAPIENTISSIMUS

SEU

Friðerich der Weise!

§. I.

Quivis quidem Danorum de Danorum optimo Rege publice privatimque gloriatur merito, quod neque parcus Deorum & infrequens Cultor FRIDERICUS V. neque insipientis sapientiae Consultus ad Religionum forte animos vinculis exsolvendum erraverit, aut rerum omnium sic literarum intemperantia laboraverit, utrum forsitan Mosis securior sententia: MUNDUS EX NIHILO CREATUS; an melior opinio EPICURI: Mundus ex indivisibilibus corporibus confluxus? haec talia aliorum linguis & calamis relinquens est Theologorum Princeps & Rex Theologus, qui non furit, non ferit, plane jam immobili, jam mobili Ingenio, concors quieti, haut adversus & odio sicuti otio, præprimis cum meliora pluribus displicent ex argumento pessimi turba, abominans a se ipso Postellum, ac si J. C. genus Masculinum olim redemerit & hujus Mater JOHANNA genus Foemininum olim redemptura sit, sanatus eo magis, quo longius Rex separatus a coetu fluctuante aliud ex alio comprehendente, petita relinquente, relicta repetente idque alternis inter Cupiditatem & poenitentiam vicibus, ut satius Religio superstitionem & miracula nauci habens uti uni, ita multis Danorum placeat ac omnibus.

B 2

§. 2.

§. 2. Quæ THEOLOGI SUMMI facies facit , ut Ecclesiam Danorum &c. nulla vitæ ratio vertere , aut fortunas omnes magno timore turbare possit, neque actu primo CHRISTIANORUM, neque actu secundo FRIDERICORUM tempore, etsi aliis in Regionibus vel quasi sancti oratores so viel Gewalt über den Pöbel, als die Winde über das Meer haben (\*) Quod quidem non est, ut timeas in Dania ejusmodi sanctos Oratores, cum FRIDERICO V. placeat lingua melior , sinistra verticordia & dextra non uti DRANCIS frigida belloii, ta calida pace, cuius Sermo semper cultus habet & Sapiens mirabile robur, quo ipso Felicissimus feliciter imperat varios affectus Danorum animosque gubernat. Accendentibus Theologis Orthodoxis, qui & docendo & scribendo nonnisi pura docent & scribunt vel ita , ut ne Danus quidam queratur, quod privatæ causæ pietatis in Dania agantur obtentu & cupiditatum illius suarum Religionem habeat velut Pedissequam ceu videre licet in aliis, quibus fides Religioque tanti non est, idque ex falsa imperandi ambitione falsæ ac insulsæ Religionis fonte.

C) Weshalb die alten Gallier die Veredsamkeit mit vielen kleinen Ketten, die Ihr aus dem Munde bis an die Ohren einer Menge Volks hingen, abzumahlen gewohnt. Wie dann der Orpheus die wilden Leute nach der Tichter Einbildung soll zahm gemacht haben, gleich der Pericles sich des Ephialtes darob bedient, daß dieser den Staat der Athenienser zu einer Pöbel-Herrschung veränderte ; nicht minder der Johann Klein , wie dieser die Partben, so dem Hause Orleans beytraten, für keizerlich ausschrie, dagegen leyden muste, daß Johann Gerson mit dem Concilio zu Constantinopel dessen Vortrag eben für keizerlich erklärte und also ein Redner den andern übermogte ; und obwol eben Johann Klein, als er die Scham bey die Seite gesetzet unter Carl den VI. zu grossen Uebel Ursach gegeben, dennoch

noch der Barfüßer Mönch Richard unter Carl VII. viel Gutes gestiftet, mithin durch 6 Predigten zu Paris, alle Bret- Karten- Regel- Würfel- und Glücks- Spiele in die in den dasigen Creuz- Gassen dazu angezündete Feuer geworfen worden, wogegen aber die Spiel- Brüder und Gesellen bald darauf ein anders wieder beliebet. Der Schweizer Schlacht bey Marignan, welche der Cardinal von Sion mit seiner Rede zur Zeit des Königs Franzens I. erreget, nicht zu gedenken.

§. 3. Hæc talia FRIDERICUS V. autem non curat non timet divinæ admonitionis, divinæ voluntatis, divinæ opis callidus. Quapropter optimus alios aliorum plerosque malos, plerosque scelestes, Danos suos non nisi bonos eosque omnes agnoscit, gaudet, lætatur, cum si casus quæ obtulerit, Hic in sapientiam vertere valet atque rejicit, quæ fallacia vires sumant laudemque occulto magis tramite quam via recta petant, Sapientipotens quippe FRIDERICUS V. est Sapientissimus, Cui quod opus est in mentem venit aliis relinquens ut aliorum bene inventis obtemperent, etsi simul probe sciat, negotia magna egere Magnis Adjutoribus & Principem Sapientem Sapientiæ Commercio & multorum oculis & auribus, ubi ita FRIDERICO V firmissimo non facile quis minori metu & majori præmio peccet, tantum abest ut ACHILLIS loricam THERSITES poscat, quippe citius genus, in quo enitet virtus, quæ nulli præclusa est, admittit nec censum nec sexum elitit, Consilia & Responsa, quorum Nobilitas sola ac unica est virtus, nec aspernando nec negligendo ; licet non semper a Senioribus, cum Cani non sapientiæ, verum atatis sint, sed & a Junioribus eximias virtutes expectet expetatque. Et cum plus simplici vice paucis ad bonam mentem opus est literis, e contrario Literatus novandis, quam gerendis rebus est aptior, pro ratione status ne bonæ mentis,

tis Soror sit paupertas utrumque adhibet, præsertim virtute non fautoribus qui ambiant HERCULISQUE ærumnas sæuosque labores ducant & Veneris plumis & Sardanapali coenis, cum hos satius si fractus illabatur orbis impavidos feriant ruinæ. Optimum Fidelissimum itaque judicat, qui FRIDERICO V. nec rerum metas nec tempora ponit dans obsequium sine fine ita, ut publicis privata commoda postponat, contra alias avarus flagitiæ, Impietati, perjuriæ, furto, rapinis, fraudibus, dolis, insidiis & proditionibus studeat, quo facto FRIDERICUS V. Theologus nec facilis credit, Politicus nec facilis decipitur, utriusque Pauli Theologi & Jure Consulti amicus aliorum cogitata jam conjecturando assequens.

§. 4. Nullus non igitur Danorum de FRIDERICO V. gloriat, quod maxima sub Ejus Regimine gaudeat Libertate contra Licentiam. Exteri namque status Liberoris Liberi testes attestantur id ipsum, quippe plures Gentes Nationes sint, quæ non nisi Monarchæ studeant eumque Liberæ Reipublicæ præferant. Quam Regiminis Libertatem vel Quidam Batavorum statuunt eo perfectiorem, quo citius palam profitentur in specie provocantes ad Regna Septentrionalia, quæ certe felicissima ac perfectissima pro natura sua, cum non alter regi possint nisi Rege, Autore ANONYMO (\*) præsertim ad REGNUM

(\*) Nomine V. D. H. in tract: Interest von Holland, Präfat: also viele Völker, inquit, sind solcher Art, daß dieselben nicht wol, dann nur durch Einen Herrn können regieret werden; :::: Es ist auch der Wahrheit gemäß, daß alle Völker, welche weiter nach Norden zu ihren Siz haben, besser durch Eine Präeminenz oder Ein Ober-Haupt und Größere Freyheit regieret werden, wie denn warlich von Frankreich an bis nach Norden überall alles Einer Monarchischen Regierung ergeben. DA-

15

DANIAE, cui Princeps Principum Summa Autoritate rerum haec tenus  
gestarum immensa Gloria, Sapientia Incomparabilis & perspicacissima  
Providentia, Locupletissimus Notitia Danicarum, Exterarum Gen-  
tium & Populorum peritia rerum, Dexteritas in tractandis mulcendis  
que animis mira; felicitas rara & quod magni momenti Danorum A-  
mor etiam inter eos, qui in Ecclesia & alieni ab Ecclesia cum sin-  
gulari quadam observantia, ut Illi pietate, ita hi reverenti metu.  
Quibus accedit ardentissima ad opera quævis suscipienda, promoven-  
da voluntas & Zelus singularis, ut vel desiderium FRIDERICI V.  
cordis & voluntas labiorum Eius nullum fraudet cuique præveniendo  
in benedictione Dulcedinis, ceü de Rege Polonorum WADISLAO IV.  
gloriatur POLONUS. (\*\*\*) Quæ talia autem cum in Aristocratia multi  
raro præferant absque nomine; quid? quæso glorieris de FRIDE-  
RICO V. in Monarchia, qui nomine & omni semper talis semperque  
wie bey sich selbst, also bey allen, isque unus Libertati omnium studens  
ardentissime ut vel ANDR. HEEREBORDO (\*\*\*\*) audiat merito *Deo's Avn'g*  
Deus Homo, non Sibi, sed suis Sapientissimus pro Libertate & Pa-  
tria.

(\*\*) Tract. Charitativi Pontificiorum in Polonia Colloquii Confilia Secre-  
tiora, Argument. III.

(\*\*\*\*) Meletemat. Philosoph. Exercitt. Ethic. XXXI. Thes. V. p. 126.

§. 5. Utne Antecessores Proximiores, Noviores FRIDERICI V.  
Eiusdem Laudis adducam, cum alias CHRISTIANI V. aureum Cor-  
nu in Dissertatione OL. WORMIUS; Eiusdemque felicissimas Expedi-  
tiones Jo. BAGGERUS in Programmate; Arctum Triumphantem CASP.  
RIN-

RINGELMANN ; Panegyricum FRANC. de HAGEN ; Applausus festivos  
nel Famoso Pindo della nuova Academia Equestre di Copenhagen  
præsentaret CASP. RINGELMANN ; FRIDERICI IV. Expeditionem  
navalem & Classis partem in Oceanum missam JAC. HENR. PAULI de  
ROSENSCHILD ; Ejusdem Encomium sub tit:

**FRI**DERICVS **Q**VARTVS **R**E<sup>X</sup> **p**IVS, **f**ELIX, **M**AGNVS,

ANONYMUS ; Poema in FRIDERICUM IV. J. H. PAULI insinuaret ;  
certe uti CHRISTIANUS VI. in recenti memoria viget, factaque  
Ejus majorem merentur Laudem , quam ut partialiter hic repetam,  
quia in se semper viva vivos penes ; ita jam jam FRIDERICUS V.  
omnium Christianorum FRIDERICORUM vivum Exemplar Tan-  
tus apparet, quantus appareat Votis Danorum & Norvagorum nunc  
& tunc par, non impar. Tempore pacis & belli FRIDERICUS V.  
siquidem non tantum Pacificus, Friedfertig , sed etiam Magnus  
<sup>Egenwohls</sup>, Gen Fredeinker , utroque apparatu Regio exornatus  
**FRI**DERIC<sup>H</sup> Friedreich ubique Terrarum audiens & Belli-  
cosus quovis Casu contra Hostem sive præsentem sive futurum actu  
primo juxta ac secundo tam in quæsita , quæ ante , quam quæ post  
bellum quærenda Pace

**FRI**DERICVS **V**, **M**AGNVS **L**EO **b**OREVS **V**IRT<sup>I</sup>VOSVS **V**EL<sup>O</sup>X!

utriusque perfectus & plusquamperfectus semper. Unde Eum satius  
Quisque Exterorum intactum relinquit ac Quietum cum huic Natali  
FRIDERICI V, Astro ut Quadrupedum Regi ex naturali fervore,  
ut Zodiaci Signo ex Solari ardore igneus sit Vigor, **bey welchem** Vigör  
**aber**

aber gleichwol FRIDERICUS V wolwissend, daß die nicht die Tapfersten, welche überall keine Furcht haben, unmassen selbe natürlich, besser dato Casu die Tapferkeit zu mäßigen geschickt, eventualiter Imperium cum NINO non Sibi, sed Suis Gloriam quærendo quæsitam autem tuendo eo felicius.

§. 6. De Hujus autem Borei Leonis semper vigilantis Virtutibus Regiis in specie se offert SECURITAS Daniæ, Norvagiæ &c. cubo insidens, cuius fructus est TRANQUILLITAS a FRIDERICIS bello parta, quâ fulcitur Diadema Regni pariter ac LIBERTAS hastam tenuis antiquo Pileo Libertatis tecta adjacentibus CONCORDIAE fascibus Quibus concordat CORONA Regni Daniæ Lauro redimita clara in Luce refulgens; concordat Regni Norvagiæ CORONA radiata ac stellata quæ non peritura præstet evaducis; Quippe FRIDERICO V. Regna servatam MAJESTATEM, JUSTITIAM, RELIGIONEM uti intemeratas; sic Finium terra marique Securitatem & armorum auctas, Provinciæ Pietatem Felicissimi Patris Patriæ Salutem firmatam, Justum Tuta-mentum Danorum Libertatem munitam, publica & privata Gaudia in Exemplo admirabili Posteris Exemplum & Laudes perennes debent & in acceptis ferunt vel ita, ut hoc ipso Regis PROVIDENTIA, quæ me- dia inter arma pacis otia præfert, acerrimi Ingenii celeritate supra Ministrorum cogitata & Legatorum Expectationem futura prævidet præsentia, præsentibus prævenit futuris, perfectis Fortunæ semper subveniens & FELICITAS Prudentiæ Virtutisque Comes Militibus Fiduciaæ tantum pariat, quantum hostibus timoris, Civibus amoris adeo, ut plusquam Archimedea Arte Regna Daniæ, Norvagiæ seqv. Sola Nominis Reverentia ad officium conservandum commoveat.

## C

## §. 7.

§. 7. Adhæc fulget FRIDERICI V. Gladius pondere rectus  
 isque Lauro palmisque redimitus cum in eos usus id munus suscepit  
 Justitiæ sanctitatem auspicatus, cuius ope hostium pertinaciter obse-  
 quentem fortunam semper sistat vigore Legis, Martis & Artis Majo-  
 res quovis tempore ulciscatur, cum idipsum pretium Victori, qui in-  
 simul CLEMENTIÆ Bonitate ac Felicitate Alterius TRAJANI floret vel ita,  
 ut sicuti Dani in Terris nihil Regio Fastigio sublimius inveniant præter  
 Magnum FRIDERICI V. animum; ita solam Benefaciendi Faculta-  
 tem FRIDERICUS V. huic parem, reliqua potentia superiorem  
 Ipse habet cum vel nullum perdat diem nisi Beneficiorum expertem.  
 Qua rerum facie Quivis Danorum in votis votet:

### Vivat FRIDERICUS V!

Acclamat Liberalitas Augusta Magnificentiam in Largitionibus po-  
 nendo, ut Magnum non tam videat Populus hodie quam sentiat; quin-  
 imo ut videat haut demissa Majestate incredibili Affabilitate citius al-  
 loquitur ad Supplices se demittens, quam quis Ipsum alloquatur sup-  
 plex, ut potius Ipse serenæ frontis eloquente Silentio sublevet TACITOS  
 mutos si qua Scriptis Regis Gratiæ divinæ sese, Suos, suas, suaque  
 commendatum eant, quo ipso Magni magna & rara virtus ac plane  
 divina facit, ut magna faciens nesciat se Magnum.

§. 8. Qua majora autem MAJORUM FRIDERICI V. Ma-  
 gniscentiæ Exempla semper respicit Illustrium Merita ac munera suis  
 ponderibus librata vel ita, ut nullus meritis quam muneribus sit Illu-  
 strior æquilibrio & meriti & muneris ab utraque parte æque observa-  
 to, et si quidem ORDINIS EQUESTRIS ELEPHANTINI ac DANE BROGICI Mem-  
 bra

bra differant ut majora et minora Gradus magnificentia Regiæ præferentia pro Personarum Qualitate et Quantitate variante, haut variante FRIDERICO V, qui temper Idem. Testantur utriusque ordinis Equites iisque Literati, Illiterati vel Legis, vel Martis Studiosissimi Regi, non sibi meritissimi simul Lemniscos Fascesque admirantes Insignibus, Decoris FRIDERICO V. præsentes, adstantes, coruscantes plane Insignes, Excellentes. Siderum instar Soli Regi Soli proxime apparentium ordine Regali præstabilito, fundato, fixo ut nullus dispareat unquam, nunquam decidat ullus, omnes acta et actitata Danorum finibus terra marique lustratis rimantes mirantes FRIDERICI V. Intimiores & Intimi Consiliarii, Ministri ministeria Regi, mysteria Subditis rite ac juste præstando & quidem ita, daß Sie zugleich den grössten Theil der Klugheit wie Sr. Königl. Majestät zu entdecken, also andern zu verbergen wissen, immassen Sie sonst, wann Sie alle Weisheit jedermanniglich durch öffentlichen Discours auszuschütten bereit, nur wenig in Recessu behielten, anbey eine solche Weisheit und Verstand, welcher sich zu alles schickt und gerecht ist, besitzen, daß Ihnen nichts neu noch fremd vorkomme, weniger an einer Sache so sehr gebunden, daß Sie zu andern untüchtig; Bey welchen gerühmten Eigenschaften und Qualitäten F R I D E R I C H V so glücklicher, je weiser und verständiger Er anderer Weisheit und Verstand zu prüfen weiß, und solcher Gestalt wie Seinen Eigenen anderer Rath vorzuziehen, also Seiner anderer Rath nicht so wol zu bewundern, als viel ehe besser aus allen Seinen Nutzen zu ziehen capable.

§. 9. Quo Danarum Regis FRIDERICI V Statu Felicissimo Regina JULIANA MARIA Augusta, als Ihr die Jugend der Jugend natürlich gleichet der Demuth zu Liebe im hinaufsteigen zurück siehet, anbey mit Jener Churländischen Herzogin (\*) ein wahrhaftes Beyspiel aller Tugenden in Ihren Bilde erblicket eo citius FRIDERICO V gratulatur, quo satius Amor Regius idipsum Sibi invicem debet Regae Reginæ, Regina Regi perfecto extemplo præeunte Exemplo. FRI-  
C 2 DE-

(\*) Conf. Sam. Henningius in der Lief. Churländischen Chronicle, Part. III.  
Anno 1577, pag. 64.

DERICUM V. Regem CHRISTIANUS Princeps optimæ Spei uti suscipit; ita ob augustissimum natalem Tanti Regis lætatur de præsenti eo magis, quo major Spes de futuro parium lætiarum certe erit, ut ita Regia Domus nunquam declinans, Regia Arbor semper florens ac vi-gens Summis & Jmisi splendescat, angesehen der Sonnen Strahlen, welche auf die Hohen Cedern fallen, desto ehe denen unter Ihnen stehenden Sträuchen zu gut kommen, ut vel quivis Danorum de ista Spe utriusque & Regis & Principis meliori quid? quod optima utrinque perfectissima & perfectiori perfectiora causetur vota, Gratulationes ex intimis Cordis penetralibus profectas ac in Disco Solis nunc Soli quidem FRIDERICO V. proprias offerat, oblatas insinuet, insinuatas gaudeat Regi Summo amoenissimus, nullo non Norvagorum nunquam non Huic acclamante: Vivat FRIDERICUS V! & in se & in Suis & in aliis Regiaeque Domui Proximis, Proprioribus & Propinquis. Vivat FRIDERICUS V. in Sibi subditis Regnorum gentibus, Nationibus nunc viventibus, vieturis. Maximis de FRIDERICO V. Danorum Maximo superfusi deliciis, certe ac certius, quid? quod certissime Quivis Militiae & Togatae & Sagatae ex- & acclamantes: Wer da? auscultantes: FRIDERICUS V.; perscrutantes: Wie? admirantes: Der König zu Dänemark, Norwegen, der Wenden und Gothen, ante accessum ad vocem solennem: Heraus! Majestati FRIDERICI V. properant Corpora Militum utriusque Generis Regi alias proxima sese listunt; accuratissime notis & votis iisque totis ore & more insimul conclamando; FELICITER!

### Votorum Votum Autoris:

#### ARIA.

**G**roßmächtigster Herrscher der Reiche und Lande  
So unüberwindlich als herrlich vom Stande  
Zum Zeugniß steht Phoebus und Mars stets im Flor?  
Die Tiefe bewundert des FRIDERICI HS Höhe,  
Selbst Fama bemerkt das, was Heut geschehe,  
Es schauet das Auge, es höret das Ohr!

Da Capo.

Phoe

**Phoebus.** Herr der Reiche!

Als Se. Majestät, mich mit der tiefsten Ehrfurcht röhrt,  
 Das fast der Wiederwill den Widerstand gebiehrt,  
 Ob diese kleine Schrift so grossem Nahmen gleiche?  
 Will doch wer? **FRIDERICUS**, für dem sich seine Reiche bücken,  
 Mit diesen mich aufrichten und entzücken;  
 Daher die Ehrerbietigkeit  
 Wie sonst, so auch heut  
 Bewundert solches Hohes Glück,  
 Sie freut sich unmöglich, und tritt erstaunt zurück!  
**Mars.** Wer da? für dem sich Phoebus igt will bücken?  
 Ich trep getrost herzu. Wo ist der Held?  
 Doch halt! Er stellt sich ja mit mir zu Feld,  
 Wie bald sich nur ein Feind läst blicken,  
 So liebt Er meinen Stand beym Gegner Widerstand  
 Zu Wasser und zu Land,  
 Da denn die Tiefe so als Höhe,  
 Bezeuget daß ich stehe;  
 Wann jener selbst in Annmarsch muß zurücke gehen  
 Und sich nicht weiter lässt sehen.

ARIA.

**D**er Abstand von **FRIDERICUS** Höhe will gönnen,  
 Das Phoebus gleich Mars dessen Größe erkennen,  
 Der Martius reicht deshalb beyden die Hand!  
 Wer Pöbelhaft taumelt im dunkeln sonst lieget  
 Der will sich igt schwingen zu sehen, wer sieget?  
 Ob Mars oder Phoebus? Ist diesem bekant,

Da Capo.

**Phoebus.** Es ist nicht allen einerley,  
 Was dieser oder jener sonst erblicket  
 Weil einer bald belebt, der ander bald ersticket.  
 Allein heut ruft ein jeder frey:  
 Wer da? **FRIDERICUS**!  
 O dieses ist der Dänen Frommen,  
 Das das, was längst gewünscht erwünscht zur Welt gekommen:

Im

Im Martio ward FRIDERICI geboren,  
Und schon zum voraus als König erkoren.  
Drum rufst ißt Jedermann,  
Es rufst wer rufen kann:  
Vivat FRIDERICI der Künste!  
Hoch! rufen Hoh', als Nieder Zünste.  
Die Wälder, Berg' und Thal,  
Der Meere Zahl,  
Die rufen auf einmahl:

## ARIA.

**G**spielt scherzende Geigen, thönt liebliche Flöten,  
Verstärkt euch mit Paucken und hellen Trompeten,  
Auf krachende Stücke verdoppelt die Lust!  
So lang bey dem jauchzenden Stürmen und Knallen  
Die Stücke vom FRIDERICI Vivat! erschallen,  
So lächelt sein Herz in der wallenden Brust!  
Da Capo.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn885373359/phys\\_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885373359/phys_0027)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn885373359/phys\\_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885373359/phys_0028)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn885373359/phys\\_0029](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885373359/phys_0029)

DFG





it majora et minora Gradus magnificentiae Regiae praersonarum Qualitate et Quantitate variante, haut vari-  
CO V, qui semper Idem. Testantur utriusque ordi-  
ue Literati, Illiterati vel Legis, vel Martis Studiosissi-  
mibi meritissimi simul Lemniscos Fascesque admirantes  
ecoris FRIDERICO V. praesentes, adstantes, coruscans,  
Excellentes. Siderum instar Soli Regi Soli pro-  
tium ordine Regali præstabilito, fundato, fixo ut nullus  
am, nunquam decidat ullus, omnes aeta et aetitata Da-  
terra marique lustratis rimantes mirantes FRIDERICI  
& Intimi Consiliarii, Ministri ministeria Regi, myste-  
re ac juste præstando & quidem ita, daß Sie zugleich  
heil der Klugheit wie Sr. Königl. Majestät zu entdecken,  
u verbergen wissen, immassen Sie sonstien, wann Sie  
jedermanniglich durch öffentlichen Discours auszuschüt-  
te wenig in Recessu behielten, anben eine solche Weiß-  
land, welcher sich zu alles schickt und gerecht ist, besitzen,  
hts neu noch freind vorkomme, weniger an einer Sache  
den, daß Sie zu andern untüchtig; Ben welchen ge-  
nschaffen und Qualitäten FRIDERICO V so glück-  
er und verständiger Er anderer Weisheit und Verstand  
is, und solcher Gestalt wie Seinen Eigenen anderer  
ehen, also Seiner anderer Rath Rath nicht so wol zu  
als viel ehe besser aus allen Seinen Nutzen zu ziehen

Danarum Regis FRIDERICI V Statu Felicissimo Regi-  
MARIA Augusta, als Ihr die Tugend der Jugend na-  
t der Demuth zu Liebe im hinaufsteigen zurück siehet, an-  
er Churländischen Herzogin (\*) ein wahrhaftes Bey-  
zenden in Ihren Bilde erblicket eo citius FRIDERICO V  
uo satius Amor Regius idipsum Sibi invicem debet Re-  
gina Regi perfecto extemplo præunte Exemplo. FRI-  
DE-

C 2

. Henningius in der Lief. Churländischen Chronicle, Part. III.  
77, pag. 64.